

tur oppositione vaporum? Ex his tenebre duxerunt versus tellurem, sed nequaquam versus Solem.

Luc. 23. à 44.

105. Ipse Lucas dicit: Tenebra facta sunt in universam terram, & obscuratus est Sol. Quid clarior, ne eius radij intelligantur à Numine retracti, vel extincti? Sol in lucis defectu, haud causa tenebrarum. Ex exortis tenebris obscuritas lucis Solis. Et hic haud accipiendum pro particula causali, sed pro expressione effectus; quod saepe exprimitur particulis, Ideo, Propterea, Ita. Ioann. 1. 34. ego vidi & (Ideo, Ita, Propterea) testimonium perhibui. Rom. 8. 7. Illi & (ideo) haeredes. Pariter in presenti testimonio, Tenebra facte sunt, & (ita propterea) obscuratus est Sol. Alia etiam accipione tò Et, clarius elucet propositum; igitur saepe in Sacra pagina est Et particula relativa. Genes. 9. 13. Arcum meum ponam in nubibus, & (qui) erit signum. Uque-quaquè in Epistolis Pauli. 2. Cor. 1. 3. Benedictus Deus, & (qui) Pater Domini N. Iesu Christi, pater misericordiarum, & (qui) Deus totius consolationis. Exponitur itaque perspicue textus: Tenebrae facta sunt & (quibus) obscuratus est Sol; ut non à Sole obscurato tenebrae sed à tenebris pallor in luce Solis. Satis ergo modò fit AA. quorum placitum retulimus, num. 79. Tunc in aere ad claritatem luminis Solis non videbantur vaporum obstacula; sed tantum lux Solis ubique quasi opacitate mæsta: & cum Luna plena eclipsis nequiret esse, nec lux Solis impediretur à visibili nube; iuxta communem sensum, iudicabatur, in caelo Solem esse tenebrosam: quod quidem nonnumquam causa admirationis, ut diximus, num. 81.

Et pro Ideo

Pro relativo

Medium diem cinxera tenebrae.

Phœbus obscuro meat sine nube cultu.

Senec.

106. Ita nostra sententia nec sine fulero: quæ roboratur occurrente allegoria: igitur quod à Iudæis & Gentibus factum cum Sole iustitiæ; exprimebatur in Sole. Gloriam (de qua Ioann. 1. 14. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti à Patre, plenam gratiæ & veritatis) gloriam, inquam, omnem & excellentiam in Cruce obscuratam ab hominibus, ostendit illo in tempore Salvator; cuius dignitas in potentia, sapientia, probitate, maiestate regni, celesti, beatitudineque quam habuit, ut verus & naturalis filius Dei. Hæc omnia in Cruce obscurata sunt. Indicarunt tenebræ. Quid ergo poterunt facere inimici? Occiderunt corpus, animam non occiderunt. Obscurarunt corporis speciem, sed nullo modo excellentiam interiorum. Lux in tenebris luxit, & tenebræ eam non comprehenderunt. Visus vir dolorum, & sciens infirmitatem, sed non extinxerunt ingenium animæ claritudinem. Tota passio quia in corpore, quasi exterior fuit, sicut ad speciem obscuratus est Sol. Ibi ex illa obscuritate, accepimus lucem.

Vnde Sol in obscuritate, speculum humanitatis Christi

Mirantur & Astra.

Fixa Polis. Vidit quanta sub nocte iaceret

Nostri dies: visitque sui ludibria trunci.

Lucan. 9. à 12.

Tenebrescere fecit terram in die luminis. Amos 8. 9. Verum unde? Occidet Sol in meridie Signum nostræ vilitudinis erat infirmitas Solis.

Varietas lectionum.

107. Opere iam pretium, dilutis disputationibus, quod in versiones principalis Tautologie descendamus. Circundantes circundederunt me. Hebr. & Caietan. Circundederunt me, etiam circundederunt. Genebrard. Circueverunt, obsederunt, inique impugnaverunt. Maluend. Circumgraverunt me, etiam circumgraverunt. Alij apud illum: Circundant, & circumveniunt. Cingant & diligenter cingunt. Si me circundederint, & sanè me circundederunt. Buchanan. Circundant; omnique ex parte premant. Hieronym. Obsederunt: & Syr. Cinxerunt me. Cuncta profectò exposita in littera. Aliquid verò dicendum restat tropologicè sensu, ne ambulemus in circuitu nugacè & futili; sed quemadmodum nos oportet ambulare.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excusit.

1. Circundantes circundederunt. Quis circundans non circundat? Quisquis amore, etiam offensus, flagellat. Circundans circundat iustitia, quin concedat effugium: amor sine circuitu circuit, relinquens exitum. Circuitus est, ut peccator supplicium non evadat;

iustitiæque Dei, ut convertatur, sine circuitu circundat; quippequam plectens castigat amore, sed armis ad speciem, sub vesaniæ iustitiæ.

2. Circundantes circundederunt. Affligentes afflixerunt. Nil mirum, si affligat afflictio: & afflictionis demonstratur

tur geminatio: ut cluceat Dei pietas, per pœnas sceleratis immittas: quæ quidem à Deo vindice peccatoribus inferentes dolorem; affligunt pariter vindicem: etenim vulneribus inflicis ita percutitur; ut ipsis afflictionibus præ dilectione affligatur.

3. Circundantes circundederunt. Iteratur circuitus, ut demonstretur è laqueis peccatorum impossibilis exitus. Fallitur demonum cogitatio, Virginis patrocinio. Homines circundantes circundederunt, sed fuit effugium, ita ut oppressi evaserint; quali inclusione minime circundedit: igitur per potentem Matrem Virginem; à servitute miserissima obtinuerunt libertatem.

4. Circundantes circundederunt. Circundat peccatum; sed cognito errore, de-

linquens habet effugium: verum cum peccati consuetudine, circundat circundatione; quippe cum gravatus haud valeat transire vallum, in penitentiam nullatenus habet exitum.

5. Circundantes circundederunt, quasi anima non haberet, qui exeat; dum eius hostium exercitus circundatione circundat. Verum fallitur, ubi Eucharistia coram oculis habetur; non circundat quippequam in effugium, videt ut exeat libere, Eucharistia sacramentum.

6. Circundantes circundederunt me. Lanccis suis in vulnus; dicit in cruce Christus: Aliter circundatum in eius passione, Virginis transigitur pectus; igitur Christus lancea vulneratur dixit; verum stat mater, filij vulneribus vulnerata.

DIDASCALIA PRIMA.

Ad conversionem cordium est necessarium charitatis ingenium.

QUIS intelliget misericordias Domini? Stultus non intelligit hæc, sed intelligit cuius in potentias avidum intravit cor, ut splendeat eius in homines innata clementia usque in altissima, quæ fecit magna; & nonnumquam pronunciantur mirabilia; etenim ingenio clementiæ & eximij amoris, etiam iustitia annunciat salutaris. Unde David exclamat: Deus quis similis tibi? Unde admiratio: Ex singulari prodigio: quo non quiescet cor præ gaudio, Donec annunciet brachium tuum generationi omni, quæ ventura est potentiam tuam & iustitiam tuam Deus, usque in altissima, quæ fecisti magna. Hebr. Usque in elevationem, quæ fecisti grandia. Magnum sanè, ubi ita extollitur ultra prodigia, miraculum potentia, tunc singularis; dum in patrandi iustitia haud facillè inveniri possit Numini similis. An quia accedit ad iustitiam vultu legis, & violentiæ voluntatis, averse cordis? Ultra clementiæ procedit. Maiora miracula miraculis auget. Delinquant homines: si punit, deficiunt: si connivet, insolescunt: peccatis irascitur, amore ducitur. Solemne est illi parere: miraculum, plectere. Cogitanda est potentia, quæ misericordia utatur iustitia: & inter magna, ad iustitiam, eius ut inimitabilis ele-

Pf. 70. 19.

Hebr.

Deus sumè super det peccati colore iustitiæ.

vatur potentia; quoniam solus eius amor cogitare quibat (dum manum aggravat) summa studere pietati, veste & colore iustitiæ. Qui pius ostendit facie clementiam: qui vindex, vultu iracundiam; illeque, cui nemo similis, & iustitiam & potentiam; quippequam potentia amoris (ut inter mirabilia sit sublimis) solus scit per iustitiæ, legis vindicis larvam, delinquentibus ostendere ampliolem misericordiam. Hinc miserationes eius super omnia opera eius. Super cuncta, clementia. Ultra altissima magna, iustitia; nec fuit contraria. Accessit eius amoris potentia, qua ut converteret à pravis actibus hominem, ipsi pietati induit iustitiæ velamen. Quis audit unquam tale, aut vidit huic simile? Nil mirum, quòd uti mirum signetur inter magna; igitur prodigium summum, potentia amoris conciliare contraria. Crucius appositè hic:

Robur sua potentia Et aequitatem, quæ vagi prætervolat Arces olympi flammeas.

2. Invenitur personatus Amor divinus: unde apud Hermannum Hugonem, Desider. Anima. lib. 2. Vol. 4. exponitur eius imago vultu simulato iara Leonis, dextrâ cum flagello ex flamma fulminis. In articulo lemma, lib. 1. Gemit. 7. ubi:

Pf. 144. 9.

Crucius

Amoris facies ut leo nis.

Her. Hug. Oth. Vau.

Crediderat torvos tantum se fingere vultus, Nec nisi compositis os simulare minis. In idem propositum Otho Vanius, Amor. Emblem. 117. dicit: Crudelis sic verus Amor. Hinc in Appiani Antiquarijs, ut refert Chartarius de Imaginib. Deor. pag. 344. invenitur imago Amoris (ante se, operiens vultum) ostendens spectrum, quod dicebat locum. Otho, d. Emblem. 111. denudat gryphum describens etiam Amorem larvatum, succinesque: Larvatus licet incedo, coopertus & ora Non est quod metuas, ebara puella, dolos. Sum tibi syncerus, alij fucatus, amor.

Idem.

Huiusmodi amoris scena olim dicebantur Apertura de quibus in Ephemerid. 1. April. n. 17. & alijs in loc. Unde Terentius, in Andria, Act. 3. scen. 3. vers. 23. infit:

Terent.

Amantium ira, amoris integratio est. 3 Habet ergo in falso de vero fabula famam, siqua fidem tanto operi laetura vestitas, ut simul luceat Numinis iustitia, clementiaque pietatis, cum potentia ingenij amoris, atque artificij singularis splendor, apparatusque dissimulatus amor. Deus (ut ait Gregor. Naziozenus, Orat. 40. n. 26.) sicut iustitiam. O miram beneficentiae celeritatem! O facilem contrahendi rationem! Quod praebonitate (vel saltem redamnatione) ab homine sciendum; nec cogitatione quidem situm: quippe tendit per illecebras, in aquas omnino turbidas, & calicem Babylonis, animae hostibus ministris, ac seducensibus, carne, per cogitationes voluptuosas: mundo, per curiosas & vanas: diaboloque per malas & malitiosas (ut queritur Bernardus, de Cognition. Conditi. hum. cap. 15.) inclinatur ex hoc in hoc implacabili arenti siti, unde bibunt omnes peccatores terrae. Homo perit, amor Numinis percussit vulnere; quia sitit iustitiam. Vocat, sed surge se: illuminat, sed lumina claudit. Ingenium necessarium est, ut convertatur ad cor. Advocanda est iustitia, uti queratur clementia. Non queretur, vel in ipsa acerbitate doloris; per ingenium charitatis: etenim larva & velamine iustitiae, mire studebit clementiae, & hominum conversioni.

Greg. Naz.

Qua hosiu animi sagi...

3. Cor. 8. 8.

Ier. 18. 11.

4 Ecce ergo fingo contra vos malum: dicit Dominus per Prophetam, torques pietate monitis transgressoribus civibus Ierusalem. Hebr. Formo malum. Quod nos dicimus, Moliri, disponere, instruere, & cogitare; dicit Fingere. Itera illi saepe peccata, abunctes post idola, & ego

contra vos fingo meditati supplicia. Singularis insequam proprietates vocis! At a persona amoris Numinis. In formam crucianimum haud dicit quod molimine construit, sed quod fingit: igitur ita in homines, vel peccatores propensio; ut pro criminum poena, non iudicetur poena: sed poena fictio. Multus est in misericordia, quantumvis irritatus iniuria: pro qua (cum citra coalignum plestat; vel dum causa iustitiam vindicem clamat) laborem mittit iudex, sed ita levem; ut eluceat in poena, quasi finxerit laborem. Praeceptum ab illo transgressoribus pati, ut incumbant animarum conversioni. Infert supplicium, verum cognoscit figmentum nostrum, quod facile cadit, etiam dum surgere cupit: sitque animorum conversio & levissimo supplicio; quippe ab illo meditante, qui fingit laborem in praeecepto. Fingit malum, quoniam se ricalamentum. Quicquid fictum habet entitatem, dumtaxat phantasiae compositionem: diciturque peccatorum vexatio, iustitiae fictio; quippequam entitas nulla, cum entitas apparentia. Ecce fingo contra vos malum. Fingit, ac fictione sese iustum iudicem ostendit: igitur cum ficta, ut falsa, ad flagitia illecebrae voluptuata; decernit & aequa lance fictum ad poenam supplicium.

5 Uterius. In fictione aliud oculis elucet, & aliud oculos latet. Aliud ostenditur, & aliud absconditur. Aliud ad extra, aliud ad intra, distincta ab entitate apparentia; quippe diversa est externa species, a proposito intentionis: & cum a Domino peccatoribus inferatur pro conversione vexatio, merito iudicis irrogatus, supplicij dicitur fictio; siquidem interne vere clementia, qua videtur ad speciem integerrima iustitia, Iusta Chryostom. in Job. Homil. 4. ita Deus homines amat, & horum conversionem atque salutem sollicitat; ut pro delictis impactum supplicium, sit Deitatis placidissimum theatrum: igitur ni praevulneribus, culpaeque doloribus pungeretur & compungeretur pectus, Theatrum non plauderet amplius. Delictabilis igitur ex tragedia concedia instruitur, & in blandimena scena voluptuose formatur. Spectaculum Deo dignum hominum conversio frugi, quamvis apostrophe, seu conversio sit dolore: etenim cum illi spectaculum dulcius, hominum salus; nihil ex theatro magis dilectioni gratum, quam conversio peccatorum. Theatrum. Perproprie. In illo ille qui personam agit, non est ille qui subsistit.

Cor Deus in peccatoris te. dament, xicit si. sianem?

Qua via detur iudicium: dicitur: riuudo, est pietatis demost. stratio.

Chry. solt.

Qua n. Deo gratia, peccatorum penitentia.

Amor oc. eligit, dum in. fertur: cni. ciatus.

Senec.

Idem.

Quare nec amor nec iustitia sub propria formae

str. Aliud est, & aliud obijcitur: & ubi peccator pro crimine a Numine plectitur, theatrum delictorum in tragedia praeparatur; quia exprimitur internus amor, cum in scenam prodititiae color: quandoquidem agit amor iuxta individuum nullatenus formam; sed dumtaxat simulatus iuxta personam expressam.

6 Theatrum. In illo species variae, atque transformationes amant oculum, ut in summum voluptate placeant tractus. Ingenio charitatis instruitur scena, ut hominum ad offensum Numen, aversa vertantur corda. Eius scenae partes, penes entitatem vindicis iustitiae, & amabilis clementiae; quarum ab amore mutandae vestes, nec cognoscatur utriusque coloribus intentiones. Amor in toto spectaculo totus; verum quasi absconditus vultus eius. Tantum videntur iustitia in dilectionis scena; quasi fugerit amor, ut regnet terror. Vestis flamma in severitatem: vestis igne, trifidulum foveis, vultus leonis: (Vultum habebit Iovis, sed fulminantis. Ut alio dicit Seneca in Hercule Furere, v. 717.) Tandem prodivit, spectatores terrens, quorum cor pavens. Ipse in Medea a vers. 386.

Flammam hinc & hinc iaculatur Polus. Flamata facies spiritum ex alio citat. Heret, minatur, afluat, queritur, gemit. Quo pondus istud verget: Quo ponet minas? Vni se ipse fluctus franger: Exundat furor: Nam secum vespas: magnum aliquid inflat. Ira vidimus veteres notas, vultum furoris. Dissillant metum.

Ira dum licentia aperitur theatrum, & homo habet ex pavore cordoliam. In huiusmodi scena est nocenti, iracundiaeque fictio sine fallacia: igitur specie theatri, austeritatis colore, ita spectaculum cum theatro mutatur (iuxta propositum) ut fieret cordium conversio meditata a Deitate; quippe eius amor subtilis faciem assumpsit iustitiae. Si amor exiret ut amor; in conversionem cordibus nequaquam terret. Si habitu iustitiae, iustitia prodiret: qui percussus, animum praetimore desponderet: nihilque fieret in hominum causam, quia neutro modo revocandi in poenitentiam: ceciditque legis divinae transgressorum iniquitas, ac in malitia protervitas; & fictio in conciliationem malo, & amoris cum iustitia permutato vellitur: quandoquidem corda pavida comprehendit facies respicientia: quippequam iustitiae insignia apparuerunt fulminantis, & amor ut in theatro vultu terribili leonis.

7 Haud novae in sacris huiusmodi theatrales mirifica transmutationes. In throno visus est agnus, cuius mansuetudo apparuit: igitur apparuit tamquam occisus plausus a cunctis, ad illum convertis ex cecitate & obsecratione errorum; unde dicebant: Fecisti nos Deo nostro regnum. Tamquam iudicem in solio praecedebat ignis, uti insigne iustitiae atque maiestatis. De throno procedebant fulgura & voces & tonitrua, in terrorem hostium perduellium in eius leges audacium, qui propter indultam semel & iterum culpam, nec semel voluerant admittere poenitentiam, dum pro peccatore nec respiciente corde: qua de causa viso theatro, uni ex videlicet excitavit aeternum: & ego stebam multum. Nulli magis plorabiles (qui frequenter deplorabiles) quam quos in dolorem non flebant tot charitatis eximiae demonstrationes: uti videre Redemptorem ab illis propter illos crucifixum; per cruciatum, effectum virum dolorum, totum effusam sanguinem, & nihilominus in amore, quasi ab ipsi dignatum, permanentem. Ita visum, si potuit videri lachrymis; illique dictum: Ne flevitis. Error respicit, sed illos Agnus, quem vides in throno, ingenioso amore vicit. Vicit Leo. Ain! Quid est hoc? Agni victoria exhibetur, & triumphus leonis proponitur? Agnus, cuius amor, vicit. Ita plausus, & Anglicae vox: Dignus est Agnus, qui occisus est. Agnus & Leo dicitur victor, qui erat in throno, per similitudinem, non per proprietatem. Unde ergo victoria tribuitur Agno, si vicit Leo? In articulum. Per leonis speciem indicatur iustitia: per Agni imaginem charitatis clementia. Opposita plane sunt. Quomodo amor, si iustitia triumphus est? Quoniam in huiusmodi theatro ad hominum poenitentiam, fumpit amor exaltans iustitiae vestem. Haud convertere dilectos potuit obsequijs, quippequam voluptatibus rapiebant hostes. Scena mutanda est, ut trahatur ad centrum seductum cor, & peragat terror, quod studijs & crebris non potuit amor. De throno, tibi erat iudicis gloria, procedebant fulgura, & voces & tonitrua. Amor descendit in pugnam, sed fumpit iustitiae larvam; quaens flagellum, & torum ostendens vultum. Expellit homo ad speciem, videns leonem. Fit cunctorum cordium respicientia mutatio: & cum vicisset amoris tamquam agni mansuetudo, dicitur quod vicerit in certamine deus: siquidem in theatro sub larva iustitiae, leonis terribilis, la-

Apoc. 10.

Cap. 4. 5.

Cap. 5. 4.

Vers. 5.

V. 11.

Conter-4. sun cor. hominis, amore in. sicut in. signis.

tuit in gratiam summa plenitudo amoris. Unde (ut accinit Stoicus in *Ostavia*, v. 436.) It supplicij formidine præ flagitijs pavet cor;

Senec.

Magnum timoris remedium clementia est.

Toel. 31. 16.

Osee 11. 20.

Quare de Numi ne dicitur, ad iustitiam rugiet leonem, rugiet

Hac enim metaphorâ Dei solet in sacris explicari clementia. Dominus de Sion rugiet: dicitur per Iob. Idem apud Ierem. 27. 30. dicente etiam Osea: Post Dominum ambulabunt: quasi leo rugiet. Quia ipse rugiet, & formidabunt. Rugiet Dominus: Leonis proprietates rugitus, quo explicat exardens iracundiam in vindictam: & in Deo, Vates signat leonis notam; ut exponat vel in rigore clementiam; equidem in formidine utitur dumtaxat voce; qui poterat uti fulmine. Rugiet: & qui clemens; Et qui patiens; Et qui pius, adinstar agni mansuetus; Utique, quia præcellit amore, immutat faciem, ut trahat hominem, deducens in penitentiam: etenim cum homo averfus abuteretur gratia, indurefeceratque criminum indulgentia; adinstar leonis rugit, dum sicut agnus repergit, nactâ conversione cordium, ubi rigoris spectrum: quandoquidem sumptis arte & vultum & larvam leonis, ut corda devia converteret specie severitatis. Ex huiusmodi scena formido: ex formidine conversio. Quia ipse rugiet, formidabunt. Post Dominum ambulabunt. Ex rugitur Profecto. In propria specie haud valuit in conversione clementia: ad Dominumque formidine humana conversa corda; interveniente amore, mutata specie: igitur obtentum amoris flagrantis votum, ubi iustitiæ assumpti quasi ad verbera flagellum. Modificatio exprimitur gratia, quæ mediata à clementia. Quasi leo rugiet. Non leo, sed quasi leo. Quasi, non verè; quippe sub leonis larva, latebat misericordia. Haud flectebatur abetrancium cor, tractum fusciosè in funiculis Adam: in vinculis scilicet charitatis, quæ rupe runt sæpè pæpibus peccatores. Haud deferenda amoris methodus, qua divinus frequenter utitur animus; sed mutandum theatrum & scena theatri, ut quod voratur, aliena habeatur specie. Unde immutata substantia; atque mutata figura, qui pæcenus amabilis suavitatis, rugit & horridè adinstar leonis; quippequam sub habitu alieno inflexibilis iustitiæ, procedebat in theatrum totus thesaurus clementiæ. Species sanè horrida, quam in supplicium circumspiciebat culpa; sed vel in ipsa amor utebatur gratia, rugiens quasi leo; at: fereet reconciliatio: etenim fulmen iu-

stitiæ videbatur in cruciamentum, sed erat amoris fulmen. Sagitte enim videbantur mortis, sed vulnera charitatis. Crucius in Psalm. 76. 10. Iucunni:

Benignitatis ira. Ipse mundi rector affert Has vicissitudines.

Crucius

Tob 11. 24.

Herman Hug.

Mell; Soula

V. 21.

Summi dolor anti me, dilecti à quere, nec invenire amorem.

Herman Hug.

9 Cur faciem tuam avertis & arbitraris me inimicum tuum? dicebat Domino Iob.

Quò precor hanc tanto merui pro crimine penam; Ut veluti indignans, ora videnda neges; Accinit ubi supr. Hermann. Hugo: & mellea Mellij multa hic: Cur ideo avertis faciem? Cur me velut hostem

Exerces aterna tuum, tot casibus aium? Avertas ergo non faciem, sed iræ specimen: Et formido tua (spectrum, larva) non me terreat. Si non est inimicus, quorsum est vultus absconditus? Quorsum in terrorem larva, exulante inimicitia? Clementiam in doloribus implorat; cur ergo de facie abscondita clamor? Ex larva magnus utique terror, sed ex facie abscondita proculdubid maior dolor; quem patitur aliquando anima Deo familiariter coniuncta, devoti spiritus in ariditate extrema: igitur summum tormentum, Deum querere, nec invenire posse: amare intensius corde flagrantis dilectum, sequè videre, quasi ab illo derelictum: iudicat enim molestissime per interpositam manum, à facie oculorum Numinis esse projectum: & ubi non videt cupitiam delectabilem faciem; patitur præ tristitia dolorem supra dolorem. Idem ibid. Hugo:

O quanto! O quanto mihi grandius hoc tormentum est,

Te quod amen (mea lux) me tamen haud redames.

Attamen absque tuis oculis (meâ vita, meum cor)

Vivere, non aliter, quam sine corde quo.

Quippini formido, & trepidatio, quando lætificas moerentes in gaudium cum vultu tuo? Salva igitur erit per gratiam, si ostenderit faciem tuam; ex qua non solum gaudium sed summum, quia ostenditur omne bonum.

10 In rem ergo. Cur faciem tuam avertis? Inimicus non sum. Quare sic? Ex amicitia? Auteritas videtur benevolentia: igitur plus te desiderantem diligis, quò magis absconderis; demonstrans fastidium ampliorem amorem, dam à cordis obie-

Dioini demost. oratio amoris speciemini formidini.

Boisard

Pl. 117. 20.

In supplem. ciji ira & iustitiæ ergo differt.

Senec.

Index pravus, si in delinquentem, & non in crimen.

obsequijs avertis faciem. Videtur ira, sed amor, quippe videtur. Distat multum amor huiusmodi facie, à facie iræ & indignationis tuæ. Formido tua non me terreat, quia formido: quod acerbum appareat, est dilectio: equidem cum fingas iras, ut hominum corda artificiosè trahas; clucet misericordia, dum larvâ iustitiæ terres, & ne facies videatur, manum apponis: igitur sub velamine fucato formidinis, exhibes amplissimas demonstrationes amoris.

Quoque magis tegitur, tunc magis ardet amor.

Dicit Iacob. Boisard. Emblem. 36. Deus noller & amor, ignis est. Quo magis te dæus, prævalet viribus: plûtque Deus diligit, dum iustitiæ formidine terret; quoniam in eius gratiam refugit homo, sub fucato, atque conficto severitatis spectro. Circumdans circumdederunt: est Pleonasmus exponendus. Quis circumdans non circumdat? Qui amore flagellat. Circumdans circumdat iustitiâ, quin concedat effugium, amor sine circuitu circuit, relinquens exitum. Circuitus est, ut peccator supplicium non eradat: iustitiæque Dei, ut convertatur, sine circuitu circumdat; quippequam plectens castigat amore, sub armis ad speciem & velamine iustitiæ. Dat locum ut fugiat in penitentiam, qui admittit culpam; & quamvis amplexus crimen, præcurrit vel flagellatus in erroris cognitionem; siquidem tamen vdeat vultum vindictis iratum, in commotione cordis, pectus nequaquam commotum.

11 Ira necessaria est in coertionem peccati; sed sine peccato, ut tendat in crimen, nequaquam in transgressorem: alias tantummodo irâ, nec errorum medicamina; cum illorum sit medicina pena. Dolus cogitatur, si in iracundia terret, qui iudex loquitur: siquidem non intendit in vulnere medicamen, sed in furorem. Ira (dixit Senec. lib. 1. cap. 5.) avida pœnæ est. Alquando castigatio necessaria est. Quidnt; sed hæc sincera, cum ratione: non enim nocet; sed medetur specie nocendi. Aptius in nostrum propositum Gregor. Magn. tam 3. Pastor. Admonit. 14. quam in Evangel. Homil. 34. Signe designatione designandi (etiam sine indignatione, quoniam corda mollescent benignitate, conceptâ ira in culpam, & nequaquam in personam: equidem non curatur, sed exulceratur vulnus, modò pravus in iudice præcogitatur affectus; quo intenditur in scopum peculiaris ulioris, titulo fractæ legis; ut

iustitiæ obtendantur velamina, & vices ge rat virtutis falsa iustitia. Vera iustitia compassione habet (inquit) falsa iustitia designationem; quamvis & iusti solam re ite peccatoribus designari. Aliud est, quod agitur typo superbæ: aliud quod zelo discipline: designantur enim, sed non designantes: persecutionem commovent, sed amantes; quia etsi foris increpationes per disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem servant. Ita enim facies ostendit leonis, sed cum suavitate mellis: quo (adinstar lonathæ virgæ, imbuta verborum lancea) in recipientiam arte vulnerantur corda: & forsitan in illis perseveraret iniquitas, si faciem severitatis haberet iuris levetatis.

12 Deliquit, prohi dolor! homo. Voluit Deus, quia fugerat, educere à contracto delicto: & ad aaram post meridiem, seque transgressorem in paradiso ambulantem; ut fugientem plecteret. Conscientia sævâ præsumpsit. Fallitur: iudex enim advenit, ut revocaret: & ne cognitionis ac penitentis erubesceret delinquens; deambulabat hinc inde quasi allud agens: vulneratoque simul avertens ac studiose remedium, in correctionem etiam cogitans modum. Quantum nonnumquam vel erga delinquentem Numen fovit amorem! Occurrit, ut transgressorem veniam peteret: & an faceret: benignissimè deambulando quasi inter ligna expectavit. Verùm notescit hominis lapsi miseria, si non accesserit gratia: etenim licet punctum, licet computatum, vera non commover penitudo, nisi vocatum à Deo, Deambulantem sensit, & vocem eius audivit. Deambulabat, non feditabat. Sederis iudicis est: & ad correctionem vox: voxque etiam iustitiæ iniquitatis placidè audiunt, dum reus in supplicium vel gravissimum vocatur; quoniam delinquentem commover in contritionem, iudicem caritatis videre, sed non ut iudicem. Accessit Deus (ait Seleucient. Orat. 4.) & ut ita dicam lamentatus est, conspecto Adam. Necessaria erat, fracta lege, iustitia; negligenter, uti impunis audacia. Illo in iudicio Adam graviter multandus: & pœnas in penitentiam criminis libenter admittit reus; quoniam constantur penitentiam obnoxius amplectitur correptionem, quantum iudicem viderit de cruciamine merentem. Plorat iudex lamentatus de status miseria, in quam voluntariè ruit, qui felix florebat gratia. Pœnas multiplicat, manum aggravat: & correptus neque verbum ad sententiam pro-

Gregor. Magn.

Homo sine gratia non recipit à culpa.

Gen. 3. 8.

Basil. Sc leuc.

Conditio nei speculabilis in modo sententiæ iustitiæ qualiter

pronunciat; quippequam non solum cognovit criminis gravitatem, sed iudicem de sententia amarissime flentem. Flere Longe itaque ab ira, hecine gravissima omni genere sententia. A Deo persecutio excitatur, sed castigans miseretur. Sparat, sed protegit. Deditans e domo expellit, verum diligit. Non ira tenor sententiae, sed iustitiae. Crimen in iudicio exaggerat, ceterum in corruptum amorem servat: ploranteque reo, iudex cum illo plorat; etenim cordolium pectori amanti, quod necessarium ad supplicium accedere.

Sueton.

13 De Vespasiano (in eo refert Sueton. cap. 15.) dicitur: Neque cade cuiusquam unquam letatus. Iustus supplicis illachrymavit etiam & ingenuit. Infelix officium iudicis, sub iugo legis, & conditione hominis, ubi qui non studet irae, necesse est naturae lachrymis condolere, & ratione iustitiae legibus suffragari; ut peccat, ne alios corumpat, tantum quem perire oporteat: ille mortem contrahit: iudex meritum dicit: stetque fungens infeliciter munere, quia quod meruit ille declarare, necesse. Non quaerit penam, qui sine pena alterius dolorem plorat. Furor in illam procedit, qui eius occasione exultat, ambiens severitatis ac integritatis famam, exercens sanguinolentiam. De patre Neronis (ut traditam hic, & quasi ingentiam habere fecerim) ait Seneca, de Clement. 1. cap. 23. ad ipsum Imperatorem: Pater tuus plures intra quinquennium cullos insuit, quam omnibus saeculis insutos accepimus. Lupus bipes truculentia degit, qui sanguine gaudet. Floride Claudianus in Mallo Theodor. Panegyri. à v. 212. signat irae caecae phrenesim, atque iustitiam cum prudentia moderamen.

Senec.

Nec odium cogit, nec gratia suadet. Servat inoffensam divina modestia vocem: Temperem servat oculi, nec lumina fervor. Asperat, aut rabidas dissolvit sanguine venas.

Claud.

Nullaque mutari tempestas proditur oris, Quae etiam fontes expulsa corrigit ira, Bi placidus delicta domas. Mucrone cruento, Qui fruitur poena, servus est: legumque videtur Vindictam prestare sibi. Longe integritas, quae noxios devovet legi; & per modestiam, dilectionemque declarat; quod iudicem ratio, & nequaquam ira moveat, iuxta Sophoclem in Aiac. v. 1112. Dura, etiam si valde iusta fuerint, mordent. Prudentiae necessaria ars, etsi iustitiae vultus, ne in iram vellicet morsus:

Sophoc.

nihilque inferenda poena magis effi ax, ne ponendus dolere sit mortis; quam quem viderit iudex legibus teum, in sententia severa tractare ut filium.

14 Si filius fuerit protervus, morosus, & immorigerus, esto à parentibus correptus, quoniam illi praecipra nihil, mandata fraudi, repellenti bene monentes, deroganti à natura datos honores, quin possit reduci frangi, desperatà correctione, pravà indulgè consuetudine (etenim ut ait, quo supr. Jacob. Boissardus.

Qui blandimento dulce nutrit malum; Sero recusat ferre quod subit iugum.)

Parentes apprehendunt eum, & ducunt ad Seniores & portam iudicij, dicentes: Filius noster iste, protervus & contumax est. Lapidibus eum obruet populus civitatis & morietur. Iudicium ita cum filio postulat à patre; refert Elian. 1. Var. hist. cap. ult. Sic filiam mala mens. Mala profecto causa, & gravis ex perfrecta fronte furor, si accusat amor: vel in eum exurgunt lapides, quem uti degenerem amor perducit ad iudices. Dicentes: Protervus est & morietur. Cur ergo ad iudices perducendus, si ab illis non iudicandus? Quidni accusatores testes adhibent? Testes & accusatores sunt parentes: & ille sanequam improbus, qui in poenam mortis incutitur à parentibus. Causam construunt, qui cum diligunt; & dum exponitur coram iudicibus crimen haud vocant ullum ad causam pro discussione tellem; quoniam ad comprobationem veritatis, fact est depositio amoris. Causa si efformatur, unde amor extra morem criminetur: Filius noster iste protervus. Singula notanda Filii: & accusatur, & quia protervus, lapidibus moritur. Perficiendum à iudice, quicquid praecipit iustitia; dom contra legem efformatur causa, sine acceptioe, exceptione personarum, ut sit perfectum iuxta iram iudicium: etenim si filius legem transgressus, iuxta legem damnandus, quamvis sit filius. Fecit Zeleucus, de quo Valer. Maxim. lib. 6. cap. 5. Alian. Var. histor. 13. cap. 24. & ut ait Guntherus in Ligurini. lib. 8. Pittac.

Summè decorum, legis iure, Filium supponere legi. 15 Filius noster iste. Quorsum si fat in accusationem Iste; additur à parentibus: Filius noster? In iustificationem causae, & reverentiam iustitiae. Quamvis sit filius, accusant: quamvis sit filius, damnant; quia prius est, quod filius illex moriatur, quam quod lex iniustitia lace-

Summè decorum, legis iure, Filium supponere legi.

15 Filius noster iste. Quorsum si fat in accusationem Iste; additur à parentibus: Filius noster? In iustificationem causae, & reverentiam iustitiae. Quamvis sit filius, accusant: quamvis sit filius, damnant; quia prius est, quod filius illex moriatur, quam quod lex iniustitia lace-

Jacob. Boissard

Deuter. 21. à 19.

Pravitas elicit excessus, que formatur ab amore.

Pravitas damnat dum iudicis vis sit facta iura.

Gunth.

retur, ingulantes ingeniam erga filium dilectionem, ne propter illam divinam dirumpat legem. Dum dicunt Filium, ostendunt naturalem affectum: amor cum illo nascitur, esto propter contumaciam accusatur: accusatio rei indicat ingravitudinem, parentum proculcatum honorem, criminoli incorrigibilitatem, perfrectam multoties legem; cuius vindices patres, apud quos solum iudicium, quippe illis magis notum sine fallacia argumentum: & istum quem legibus accusant & damnant, filium vocant; ostendentes alij iudicibus modum, quo decore & animo debet exerceri iudicium: igitur filius iustitiae praefertur severitatem, manifestare debent erga damnandum studiosum amorem: placide enim fertur amara sententia; ubi à lege iustitia, & à iudice procedit misericordia: igitur patet vel in ipsa amaritudine, sententiam à ratione, non ab ira fulminari. Removebit (inquit Seneca, 3. de Ira, cap. 39.) omnia ultionis instrumenta. Simulabit iram; ut tanquam adiutor, & doloris comes, plus auctoritatis habeat: omni arte requiem furoris dabis. Sic vehementior eris: & pudorem illi, cui non resistat incutiet: aut metum. Non habet patratà culpa, & visà iudicis gratia, quid criminolos respondeat: cum uti comes & adiutor doloris damnandum tractat; quin oblit in iustitia legumque integerrimum opus, animus quietus, iudicisque placidissimus vultus.

Contigisse accedendum Eucharistia.

Math. 23. 12.

Ibid. Dignitate autem qui usque proax.

16 Quae non ausus, qui sine veste nuptiali in convivium est ingressus! Si sine veste sacro convivio condigna, constructa causa, & gravisque fulminata sententia; quid si ingrederetur ex abrupto veste fordida? De crimine arguitur, ut respondeat, & iudicem malitiosè non arguat: igitur iudicium iusta causa numquam sine suspitione; si sententia profertur sine criminis examine, parte inaudita, & confessione pravà. Ad amplexum iuris cuncta facta: sed ille nihil respondit: obiecto crimine, obmutuit. Patet perspicuo crimine, ubi pro causa nec levem pervicacè cogitat excusationem. Ita reus. Quomodo iudex? Amicè loquitur, ut transgressor pudefcat, & pudenti praedolore iudex ignoscat. At ille obmutuit, nec iudex pepercit, quippe etiam convictus non doluit. Qui corde duras, cognoscit mortis causam, nequaquam respicientiam. Amicè, quomodo huius instrasti? Nonne inimicus, sacrilegus, innignus & praesumptuosus? Ideo damnandus. Cur igitur reum, in iudicio

non vocat praesumptuosum, sacrilegum & indignum? Coerces iudicem parentium insolentem audaciam, & potestate venerabili adstrephiam, quibus invehuntur in reos, actibus, & verbis procaecibus; quippe tui digonitare, quod quidem nec somniant sine munere: comprobant enim parthesia, dignitas quanta: casus ostentat praecellentem magnitudinem, fugientes circumspeditionem, & iudicium modum, quia sine modestia iudicium, praerastigantes delinquentes, vel infontes) sine odio in vita & iniquitates. Unde cum huiusmodi tenor, in iudicibus sit furor (& maiestatis indignitas, quin eis detur ad impudentiam auctoritatis) audacem, sacrilegum, praesumptuosum, in iudice reus non signat, vel horum minus, nec leve verbum: etenim qui fungitur iudicis munere, vel suprema potestate; auctoritatem habet in delinquentium scelera, sed nequaquam in convitia. Orven. in Monstich. p. 2. Epigram. 4. Qui tenerè & praecipra rabidas exardet in iras.

Excedit semper limina iustitia.

17 Claret furentis rabidi excessus, dum abest in verbis modus: igitur si ius habet, ad iustitiam: sed ille tanquam phreneticus erumpit in contumeliam: quod quidem sicut astitit iudicari causam, & iudicis iniustitiam: etenim si daberet acta, nullo modo transiret in opprobria: visis actis, putribus visceribus fremit & tabescit; quia non invenit quod damnet. Praevalet saepesepius huiusmodi indignorum audacia, quippe impunis insolentia: crescente arrogantia potestatum, ex patientia subditorum. Inimicus utique in convivium ingressus: hinc damnatus, & uti stolidus, quia incurrit inimicitiam, unde potuit magnam conciliare gratiam, Perseverat in scelere: dicitque ei iudex, Amicè? Sanè, in summum documentum ut fiat in throno iniquitatum atque iudicis iudicium. Offensus erat audacia, vigeat inimicitia: & inimicum amicum vocat, dum iudicat; quoniam in causis minime integerrimum iudicium, dummodo levis memoria interfuerit iniuriarum. Videbis Tautolog. 10. Didasc. 5. num. 9. ad illud: Tempus evellendi quod plantatum est. Denique. Sacrilegus impure cenam ingreditur. Crimen examinatur. Invenitur, damnari transgressorem, decernitur: & vocatur amicus, qui damnandus; ut in iudice constet iustitiae affectus: quandoquidem in amico illicita damnat acta, etiam utri-

Sine modo delicta sententiae tenor est iudicis furor.

Orven.

Astitit innoventiam iudicis.

In sententia dico te. se, si in iuriarum oblitioe.

Unde iudex denique.

utque intervenient amicitia. Aliter nostro proposito. Iudex intumescit commotus, quippe honor eius abditus. Damnamur excessum decrevit & amicum, sceleratum vocavit; ut eluceret iudicare ratione, sine ulla pectoris vindicis amaritudine, sed tantum ex fracta lege: etenim iustitiae perficit actus, quod tractetur, qui damnandus, uti socius & amicus.

Peragis tranquilla potestas, Quod violenta nequit: mandatque fortius urget

Claud.

Imperiosa quies. Succinit Claudian. d. v. 238. Perperam sic iudicium, ubi decreta rationis transiunt in prolium voluntatis. De iudice Monachorum, ait P. N. SS. Benedictus, Regul. Sancti. cap. 64. Oderit viria, diligat fratres. Dividit rationem & voluntatem inter fratres atque legum transgressores. Hinc iustitia intemperata, sine patientium querela: siquidem tranquilla potestate imperiosa quiete, voluntas amore respicit uti fratrem, quem ratio lege ducit castigat uti delinquentem.

S. Be. ned.

18 Hic est ordo legis & lex ordinis, ne quid nimis; neque ex parte iustitiae, nec ex amore: aliis extra tenorem huiusmodi moderaminis, acta si transeat in affectum cordis: sine iudicio, sine cerebro, dignitatis propudio, cunctorum ludibrio, delinquentis amplectitur uti fratres, & fratres in iudicio damnabit uti delinquentes. In vero rationis regimine Nec nihil, nec quidlibet: quod quidem exponens Ianus Iacob. Boiffard. Emblem. 4. inquit: Quae nihil ignoscunt leges; dic esse severas: Et quae permittunt quidlibet, esse malas.

Boiff.

Sic par est, rerum iustas moderentur habenas. Ne quidvis cuilibet sit: licitumque nihil. Quomodo ergo fortiter effectum regula moderaminis? Nequid nimis. Nec nihil, nec omnia. Totum a prudentia. Hae visio similitudinis gloria Domini: dicit Ezechiel ad visionem primam, illi divinitus obiectam. Quae itaque vidit, ut scine visionem commendaret: Imaginem insignem in throno sedentem, atque cuncta moderantem plenitudine sapientiae, in quatuor cherubim praesignatae; cuius speciem utantur momenti iterum caelum praemonstravit Iohanni. Apocal. 4. a v. 7. Ibi itaque visae facies Aquilae, facies Leonis, facies Bovis, & etiam hominis facies. Ita in caelo regentis exhibetur imago; ut regere dicat homo. Peccantes usufructu habere subditos; quia sunt homines: non unam,

Ezech.

utque intervenient amicitia. Aliter nostro proposito. Iudex intumescit commotus, quippe honor eius abditus. Damnamur excessum decrevit & amicum, sceleratum vocavit; ut eluceret iudicare ratione, sine ulla pectoris vindicis amaritudine, sed tantum ex fracta lege: etenim iustitiae perficit actus, quod tractetur, qui damnandus, uti socius & amicus.

Cap. 1. v. 10.

Ipsi vix fuit Herculi ferendum. Sed Amor torva solus sub fronte latebat.

sed plures oportet habere facies. Aliquaudo adinstar Aquilae cuncta videt: visis, ut Bovis ostendet faciem, quia tolerat. Interdum sumenda Leonis; ut terreat: sed semper sub forma hominis; aliorum dumtaxat pro temporis facies: equidem cum homo gaudeat ratione; regimen erit condors regimini caeli, nequid nimis, modò sumperit facies: ratio quippe dicitur in prudentiam & iustitiam; ut cuncta cognoscat, aliqua indulgeat, aliqua plectatur; & ut homo, etiam corripiendo parcat; ostendens in fratrem benevolentiam, quamvis exerceat in delinquentem iustitiam: igitur altruit iudicium sine affectione integritum, damnatum vel damnandum ducere tamquam amicum.

19 Alibi dixi ex Tacito in Agricol. cap. 19. Optimum quemque fidelissimum putare: omnia scire, non omnia exequi: parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare; nec poena semper, sed sepius poenitentia contentus esse. En facies plenitudine scientiae, ut homines recte regantur ab homine. Altioris disciplinae Benedictus & patris, & magistri docet asumere adversus facies peccatorum facies; quatenus iudex debeat, indisciplinatos arguere, mites obsecrare, & contententis corripere: & alium quidem blandimentis, alium vero increpationibus, alium susceptionibus: & secundum uniuscuiusque qualitatem vel intelligentiam ita se omnibus conformet & aptet; ut non solum detrimenda gregis, sibi commissi, non patiantur, verum etiam in augmentatione boni gregis gaudeat. Ita d. cap. 2. Ita diversis faciebus cogitanda est conformatio, ne irrepant morum corruptio; sed maxime in correptione, quae semper imbuetur ingeniosa charitate; quamvis in terrorem summat iustitiae insignia (quae tantum larva) ut fulmina mittat, ceterum non quoties tonat: etenim Praefidem dedecet multa supplicia, ut medicum multa vulnera. Ita amore severitatis disponenda facies, tonitru concutens, nec fulmina torquet (Claudian. 2. de Landib. Stilic. v. 24.) Iurgia, contentus solo terrore coercet. Difficile visum Petronio, verum efficitur charitatis ingenio, ut trahantur aberrantium corda quasi fallenter a gratia, iustitiae habitu amore tamen occulto. Ipse in Fragment. Carm. 33. accinit: Accusare & amare tempore uno, Ipsi vix fuit Herculi ferendum. Sed Amor torva solus sub fronte latebat.

In quo eluceat maxime prudentia Praefidis

Cordis Tacit.

S. Be. ned.

Benevolentiam benevolentiam per congeneriam in se habent

Claudian.

Pretons

DIDASCALIA II.

Si regnat amor, de dilecti doloribus summus dolor.

1 PERVERSI difficile corriguntur, ut habeant modum: unde poenis macerantur; quippequam vexatio dat intellectum. Nemo preceptis curat insaniam: ergo nec malitiam. Si insaniam susculeris, sanitas redditur. De illis insanis loquor (inquit Senec. Epist. 94.) quibus mens mota est, non crepta. Castigatio insanos coercet, frenat animos, vitia compescit, pudorem imponit. Quare cum insani vagentur peccatores (non insani essent, si preceptis obedirent) a Nomine immittitur in dolorem cruciamentum; ut furiosi compuncti videant furorem; quandoquidem supplicium frenat animum, arceat vitium, imponit pudorem, & reddit insanis mentem. Ita accidit Herculi in furore: menti reddidit impacto vulnere. Videlicet, Tom. 4. T. 5. D. 2. n. 9. Idem enim accidit insanis, ac malitiae: igitur per accerbitur a caelo illatam, mota mens tandem tandem admittit respicientiam. Manil. 1. Aeronom. cap. 1. v. 80. accinit: Et labor ingenium miseris dedit: & sua quemque

Senec.

Vexatio dat intellectum.

Manil.

Virg.

Castid A Deo punitis pretatis dulcedo.

Bernar.

Advigilare sibi iussit fortuna premedo. Conditio hominis in malum prona. Minime in frenum sat sunt divina precepta; quia regnat insania, & concipitur ira. Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla. Nec Iovis imperio satisve infracta quiescit. Frangenda audacia, ne gliscat amentia: si peccans inextinguibile malis; ut sapiat citius, saturetur xrumnis: etenim quaeret & sollicit medicum, homo qui se cogitaverit infirmum. 2 Deus (ait Castidor. in Psalm. 102.) castigat ut erudiat, punit ut corrigat, corripit, ut praestet. Dat enim insano mentem, erranti directionem, stulto phonem: aliter subtraheret ab hominibus supplicium, quippe non gaudet de perditione vivorum: imò dum poenam mittit, ita contra conditionem agit (cum de favore gaudeat) ut quasi invitus de illato dolore doceat. O Christi pietas! O inopinata salus miseri! Tam gratuita est & probata dilectio Dei (inquit Bernardus, De Cognit. hum. condition. cap. ult. n. 41.) tam

suspenda dulcedo, tam repentina dignatio, tam invitata mansuetudo; quoniam misericors est. O quanta misericordia! Quam ineffabilis misratio dextera Excelli! Dextera mittit in errantes afflictionem & cruciamentum: & ineffabilem dicit Doctor mutationem; quoniam in peccatores ab Excelli missa vulnera, ut demonstrat amorem habere in dextera. Dolores mris circulerunt me: pra poenis peccatorum punctus dicebat David. Modò: Circumdantes circulerunt me: & ut vidimus in Lit. exposit. Affligentes afflixerunt. Non novum est, quod affligat afflictio. Quorsum igitur huiusmodi gematio? Ut constet Dei pietas per poenas sceleratis immittis: quae quidem a Deo vindice (peccatoribus inferentes dolorem) pariter affligunt vindicem: etenim vulneribus inflicti ita percuntur; ut ipsi afflictionibus pra dilectione affligatur.

3 Castigatis aliquibus, & reliquis Spartanis in concionem vocatis, dixit Cleomenes: Non facile posse absque vi & timore statum republice in melius mutari; quibus modestissime usus sum. Felicissimum utique Regum omnium me fuisse arbitraret; quod tamquam medicus absque dolore patriae, mederi possissem. Haec Plutarch. in eo. Verum cum sine dolore in Republica corrupta nequirent inveterata reprimi carcinomata; ferrum & ignem adhibere congruit, quamvis de dolore doleret. Dotes sunt integerrimi Principis, cuius scopus cum benignitate leges. Leget, ut eius observantia Respublica gaudeat. Cum benignitate, desiderans, nil esse quod corripiat: igitur cum necessarium sit uti iustitia, ut compescatur insania; aegre fert damnare poenis obnoxios.

Quique dolet quoties cogitur esse feroc. Patet ita eius benignissimum pectus, non accedens ad poenas, nisi coactus. Tamquam invitus (ait Seneca, 1. de Clement. cap. 22.) & cum magno tormento ad castigandum. Ceterum cum iudex iustitiae debeat esse, ut respondeat ad amissum & redito muneri; iuxta leges fontes doloribus aggravat, quantumvis doleat. Hoc proprium hominis, quippe sub poena iacet gemitque similis: qua vel in iudice damnante vocat pietatem; igitur iustis vera habet sociam compassionem. Altius elucet in Deo, homine propter scelera mortificato: quippe ut Serm. 1. Mens. 10. ait Leo Pap. In nobis quasi quodam speculo, divina benignitatis forma resplendet. Unde splendor; Ubi tantus in benignitatem

Psalm. 76. 15

Pl. 17. 8 Psalm. 117. 12. Dum es aures, dum homo scire docet.

Plutarch.

Inditit movat responde re inuere ri, quam vis do let.

Ovid. 22. Pont. 3. v. 16.

Senec.

Leo Pa.

Qui in Deo amor, de amoris de ser.

Pl. 20. 12.

Pl. 54. 4

Unde elucet maxi me Dei benignitas in bonis?

Vix homini se nig.

amor: etenim non solum dolet cruciamina misisse, quæ iuste patitur homo; sed etiam ex passione gravio rem dolorem patitur. Apparuit benignitas Salvatoris nostri Dei; cum in tragædia vindictæ, hominis pungitur cor: igitur si homo dolet, quia cruciamina habet; Numen præ benignitate de doloribus dolet, quasi sumpsisset. Dialecto nostrâ vividius: *En materias de justicia, el papel que por su culpa el hombre llega a sentir; su piedad le sientemas, y mejor.*

4 Declinaverunt in se mala: dixit pœnis criminum oppressus arcetè David; cum dolens præ pudore clamaret continuo ad Deum. Mala culpæ nequeunt esse. Ergo pœnæ culpæ mala. Nec isthæ cogitanda ad Numinis formam, quippe non homo ut agat penitentiam. Deinde quia dicit ipse David: *Declinaverunt in me.* Nil mirum, ipse peccaverat. Quo ergo pacto dolores in peccatore, & in Deo: Erant in Dei peccore, quippe erant in peccatore. In homine Dei respicendat benignitas tamquam in imagine. Peccator debet accipere dolorem pœnæ, quia studuit culpæ. Deus benignitate ingenita misit in pœnam dolorem, ut vocaret in homine penitentiam; qua rediret in gratiam per hospitem penitentiam. Benignitas est, sed non maxima. Pietas est, sed non eximia: eximia planè, quando in eum declinant hominis mala: quando dolet de iniuria in criminis pœnam acerbitate; quantumvis necessaria pro penitentia: unde amoris studio, ut benignitas non solum ardeat, sed ut splendeat; dolor passus à penitente; ad illum miro artificio declinat; quippequam sibi illatum sumit dolorem, ut dolentibus ostendat eximiam fulgentem benignitatem. Declinaverunt in Deum criminum acerba. Si declinaverunt, alibi sanè sederant illorum mala. Ubi? In Peccore Davidis, sed penitentis, oppressi ærumnis, de quibus lachrymæ pro remotione clamant: in Deumque fulgentem benignitate declinant; quoniam quasi sibi sumit, ubi à penitente movet. Necessarius est cum cruciamine criminis amaritudo, ut cognoscat fallax quæ cogitata dulcedo quippe voluptates nonnumquam insidiatrices, subdole dolores pro delicijs ingerentes. Patitur ergo sicinè legis transgressor: respicit etiam divinæ innatæ benignitatis fulgor: & pœna, quam pietate aggravat, ut resurgat magno opere, in se declinat; etenim summo amore ab illo sumitur, quicquid peccator in dolore patitur.

5 Dicit David: *Declinaverunt in me.* Etiam declinaverunt in te. Maluend. *Moliti adversum te malum.* Quid quod cogitarent, cum nihil possent? Cogitaverunt sanè cogitatione, quia cogitaverunt consilia que non potuerunt stabilire. Potuerunt vel non potuerunt, quod cogitarunt? Potuerunt. Qua lege? Peccantes. Adversus Deum moliti sunt malum, atque scelere potuerunt. Quod à peccato remove debuit, illos in peccatum impulit. Non potuerunt etiam cogitantes benignitatem; sed potuerunt cogitantes excellentem: igitur cum benignitate in delinquentem pœnas inferat, & præ summa pietate sibi amantissimè sumat, quod in pœnam peccati peccator tolerat; ut cognoverunt in misericordia divitem, ac benignitate eximium; quod non potuerunt, adversus illum cogitarunt malum: quandoquidem in dolore criminis mittendo patitur, quicquid ab illo pro peccato mittitur. Floridè appositèque Hermann. Hugo, lib. 1. *Suspir. Anim. Gemir. 4.*

Sic habet alternos virtus vitiumq; triphori: Quique iubet vitium retrahit inde dolor. 6 Minime Anteros sumit egregieque ab Amore dignatus, corde respondit Amori. Haud redimat, qui aliquatenus declinat. Debet candidè perfectè fide, cum flammæ demonstratione, qui gratis obsequijs nosci. Conveniunt dolus, amorque verus pessimè. Otho Vanus *Amor. Emblem. 4.* decantat: *De purum, nitidum, hanc fallens speculum debet esse.*

Sic verus quoque sit, non simulatus Amor. Aliquando uti in speculis fides sollicitatur in amicitia; ceterum pectora sunt specula concava: in quibus pignora fœderis mutui dilectione queruntur; sed imagines evertè toto speculo videntur. Aberravit ergo redamatio in Antero. Postulatur & arguitur de crimine: nullum quippe maius, quam non respondere amanti. Pœnas infligere Amor flammis indignatione cogitat; ut ingratus sapiat, & de errore respiciat. Officium utique amoris, vel in acerbis, hanc mittere dolorem in dolorem, sed in solidam fidem. Nihilominus ne regeretur iniuria, & quia impunis renovaretur audacia, rosetum accessit, virgas ex illo anputavit, & Anteroa verberare cepit; quousque dolore monitus statim suspenderit ictus, quis sentiens intinè plagas, quanticus proleciat virgas. Antonis Edyl. 2. allas 6. & Chartar. de *Imagin. fol. 339.*

Maluéd

Quoms: ad in Deum qui delinqi: pecca u pravalet

Herm. Hug.

Oeth. Ven.

Ingratitudo si misit in culo concavo.

Auson.

Amor cur virgini rosei respondit ingratis animi

Zachar. 13. 6.

August.

Deus unde peccatur, dñ homo ple ilisat

Illi purpureum multato co pore rorem Satilis expressit crebro rosa verberare: quæ iam

Tincta prius, traxit rutilum magis ignea succum.

Inde truces cecidere mina.

Amor istibus querebatur Anteros, & Amor panis maiores ferebat ictus: hic igitur pungebatur acumine lentium, dum illum molliter concubebant flores rosarum, clamante ad Amorem quasi nullà plagà, Amori profundè dum configitur spina: equidem quod magis flagellum premebat in ictus, plus terebrabatur cuspidibus faucia manibus. Unde cum intimus doleret, si virgis tunderet; virga sedulo projicitur, ne faucis plus ex verberibus patientis affligeretur: etenim in manibus ostendebat sanguinolenta vulnera, ut ex inmissis vulneribus eluceret quanta plagà.

7 *Quid sunt plaga iste in medio manuum tuarum?* Christum Dominum plagatum interrogat Zacharias. *Nunquid sagacitas machinari potest humana* (ait Augustin. in *Meditat. cap. 7. n. 3.*) *cui comparetur miseratio divina: Quo processit pietas? Quo exerevit benignitas? Quo attingit amor? Quo pervenit compassio?* Non interrogat de vulneribus, sed quorsum factæ, & etiam cur factæ in manibus? Plura dixi alibi, sed modo artificium amoris, theatrum scena pietatis; ut miseratio, compassio, benignitasque divina resplendant uti in speculo, fragili natura humana. Peccavit & gravissimè homo, gravissimo ex tunc destinatus supplicio: igitur ipsum commendabilem amorem, aberrans offendit, per inauditam illudusque ingratitude. Magnum enim crimen egregiè dignato; adversari, de se insigniter benemerito: siquidem quid desicere à fide, si datur ingratitude, vel non respondere gratiæ? Necessarium fuit supplicium. Haud decerneretur ab amore, ni necessarium; ne glisceret insolentia delinquentium. Ita statuit legis & iustitiæ tenor. Caterum quid fecit amor, dum ab illo minax demonstrata severitas? E roseto secuit virgas, ut afflictum verberaret, qui ingratus, audax, fugato pudore offendit, ut per flagellum, exularet flagitium. Inchoavit, verum vulneratus acerbè, quamprimum destitit: quippequam impingens ictus, transfodèbatur spinis rosetarij mancus: & quò magis in vulnera comprimebantur flagra, magis in manibus radicabantur vulnera. Unde etiam graviora

mereretur homo, pro gravissimo perduellis inobediens delicto; cum haberet afflicta dolere manum, hanc valuit uti, nec contringere ad ictum sumptum flagellum. Quancumvis rigorem pererent iniquitates, manibus faucijs deficiebant vires.

8 Propius argumento. Patent manus transfossæ, & simul signa splendoris clementiæ: etenim si necessarium plectere, ut homo pœnas luat criminis ac mittens pœnas per arbutum (habens spinas & rosas) flagellat iniquos rosas, & ipse, quia flagellati, vulneratur spinis. Pende. *Quid sunt plaga iste in medio manuum tuarum?* Ut cognoscat peccus præ amore percussus, dum sumptit vindex pro correptione flagellum: equidem cum vulnera iure fontibus impacta, percussus conflant ampliora vulnera; percussus altius spinis suspendit ictus, ne percussione vulneraretur amplius. Elucet. *Quid sunt plaga iste in medio manuum tuarum? & dicit: His plagatus sum.* Non flagellis, sed plagatus plagis? Instrumenta utique faciunt. Vulnera non vulnerant. Unde igitur ex flagellis plagis percussus, potest verè dici, vulneribus vulneratus? Necessarium præ iustitiæ, plectere crimen, atque hominem corripere delinquentem; verum cum benignitas acriter sentiat, etiam quod hominem pro crimine gravat, plagasque exciter de quibus delinquens dolet; amori ex plagis sit plaga, quia ex vulneribus hominum procedunt vulnera. Hermann, quò supr.

Aspicias & pateris, estque tibi cura iocundi: Sentit amicorum vulnera quisquis amat. Ultra procedit amor Numinis in eminentiam spectabilem amoris. Resplendet benignitas, vel dum meretur amaritudines pravitas: igitur plagæ sunt amantissimi cordis, quæ misit in corde inimicorum Regis.

9 Rutilat Dei sicine optabilis miseratio, licet alienum opus eius ab eo: non enim in hominem mitteret amaritudines, ni ab illius graviter urgeretur peccatis. *Tu plagis hominem peccantem ultricibus urges.*

Dicit Regius Psaltes: *Propter iniquitatem corripisti hominem.* Didicic ex his quæ passus est; igitur doloribus super dolorem, peccatis & pœnis afflictum affatim cor. Verum, cum cognoscerem iustitiam, quæ vel cruciamina mittit pro penitentiam; patienter (dicit Dominus) humilis & humiliatus cuncta pertuli: *Quoniam tu fecisti.* Quæ in amore & ex amore gratia

Cur flagellum projicit

Ibid.

Herm. Hug. Et cordium, bonum, mini flagellum.

Crucius

Psalm. 38 11.

V. 10.

tia, qui ita dives in misericordia? Quae in acceptatione & studio charitatis ubertatis; ubi continet vel in ira misericordias? Ceterum si in conspectu tuo cum oratione intrant penitentis preces (quoniam cor contritum & humilitatum, tu qui Numen, non despicias) ut magis rutillet pietas; **Y. 11.** *Amove à me plagas tuas.* Quid hoc? Cuius, vel in quo sunt plagae? In Davide sanè sunt. Hinc enunciat: *Amove à me.* Si in se habet à Domino millas plagas; quo iure ipsi fulminanti dicit: *Amove à me plagas tuas?* Prævaricatur ratio, præ intentione doloris, aciesque in lumine mentis? Gravis ictus rationis admittit usum. Hominem dum querit se,

Ovid.

Vnde illi vulnera de vulneribus

Y. 11.

Mitis acerbitatem, in criminis poenitentiam

miret insensatus crimine ad gratiam, ni excitaretur malis præ dolore in penitentiam. Ita in malis bonis punxit. Verum unde eius dolor renovatus? Quia parum dolebat de crimine. & poena criminis, tantis circumdatus malis; propriam aspiciens malitiam, & Domini charitatis & pietatis excellentiam: quandoquidem de malis hominum doluit; sed malorum poenam sumpsit. Tulit dolores, portavit infirmitates: de poenis ac cruciaminibus passis, doluit & intumescit cor: ceterum in corde dolor renovatus est; eò quod non transierunt cruciamina in transgressorem, factis honis ex malis; transierunt in innocentem. Primum intervenit dolor, ingressus statim amor, præ excellentia charitatis: & in meditatione etiam exardescit ignis; quippe cuius cor non flagrat, quin meditatione doleat, videns peccatores commisisse scelera, & innocentem illorum poenam tolerare supplicia? Quid fecit? Quae commisit? Quae causa necis? Splendor benignitatis: igitur dolens de doloribus hominum ex cruciatibus poenarum; sumpsit sibi in ligno crucis, nec crucis uti merebatur, toleranter transgressores. Est cogitatio Augustini, loc. cit. & cap. 6. *Ego sum (inquit) tua mortis meritum, tua vindicta flagitium, tua passionis livor, tui cruciatu labor. Ineffabilis mysterij dispositio! Peccat iniquus, & puniatur iustus: delinquit reus, & vapulat innocens. Offendit impius, & damnatur pius: quod meretur malus, patitur bonus: exolvit Dominus, quod perpetrat servus, & quod commisit homo, sustinet Deus.*

Christus de bonis, nisi peccato doluit & poenas sumpsit.

August.

Candet nudum pectus, Cruentum rubet latus, Tensa arefunt viscera, Decora languent lumina, Regia palient ora, Brachia rigent proceras, Marmorea pendunt crura, Terebratos vixat pedes, Unda sacri sanguinis.

Ein passio & passio singularis.

Hebr. 4. 5.

Ovid. in mor. Tibull.

Isai. 2. 24.

Peccator insensatus desperatur.

Dei solame videtis peccatorum.

Patitur, quippe in supplicium impellitur.

tur, quia plagas & nostras habet: comparitur, quia nobiscum dolet. Unde ut expleret flagrantissimum amorem, ostenderet in nobis resplendentem apprimè benignitatem; quæque habeat per compassionem in pectore, dolentem & amanter faucibus habet in corpore. At hoc aliis. **Cernis ut in toto corpore scriptus amor. Tibi sunt mea damna dolori.**

12. Transeamus ergo de Salvatore in Numen, ut eius etiam laudamus insignem benignitatem. Plenus vulneribus erat regum Iuda propter noxas. A planta pedis usque ad verticem non erat in illo sanitas: querulusque Dominus dicit: *Heu, Quid: Signa doloris sunt. Unde cordolium, & afflictio cordis? Dicit: Vindicabor de inimicis meis.* Sit ergo. Doleant quibus dolent vulnera. Quid utique ad illam plagam? Ex innata admirabili clementia. Iam enim in scelere pharmacum, medicamen exhibuerat vulnere. Curavimus Babylonem & non est sanata, quoniam ab illa despiciat medicina, nunquam enim studebit respicientia, quæ non didicit dolore: igitur recipit pro illatis criminibus vulnera, quasi essent voluptatis blandimenta, delinata in dulcedinem; quæ pulsant in penitentiam. Convertere non valuit, quos penè contrivi: quandoquidem prava indoles, nec dolet dolore mortis. Dissipati sunt, nec compuncti. Hi errant corde. Illorum propensè medicus cœlestis intendit in sanitatem, & ferro addidit meditante ignem; subdens: *Consolabor super hostibus meis:* quidem etiam mœstus accedit ad supplicium, ut necessarium; videns supplicium vulnere medicamen, aliquam in mœstitudine accipit consolationem: gratissimum enim illi, ad supplicia non compelli. Verum evanuit spes: voto profectò frustratus est sic & sic: dicitque *Heu,* tanquam doloris signa; quippe pungitur clementia, eò quod propter virus veterum iniquitatum, impellatur uti medicus in repetitionem vulnere. *Heu* est gemitus, sed non dolet dolens animus. Uti doleat aciora sunt necessaria cruciamina, & presentior medicina; quæ apponenda: acerbiterque gemitibus proponit, cum querulus *Heu* quasi patere, dicit; quoniam pius ex transgressorum doloribus, doloribus est affectus. Nostrates vigilantier: *Como en Dios el castigo es tan extraño, está de duelo, y dice amante el dolor, entre las quejas, de un Ay. Patet dolor, & in homines amor. Heu, vindicabor.* Hominum uti futurum dicit do-

lorum cruciamen; & ille sibi præ amore presentem habet dolorem. Ita gravatur, dum in supplicium compellitur.

13. Quid non fecit pessimus Ieroboam, scandalum Israël! Per illum evanuit decem tribuum religio, venudato sub peccato: haud cavet, modò conservaret regiam cum auctoritate maiestatem, radicibus protertere religionem; atque ex beneficio constare ferum, adversus eum qui vel gratis contulerat beneficium. Exiit ergo Vitulos aureos, intumescens cognoscens subditos; quorum in idola pronitas, concitata voluntas; cui Ieroboami dolus artificiosè calcar, Regis ad exemplum; quin cognoscerent ambitionis intentionem, illorum lactantem cupiditatem: nonnumquam quippe nisi in meditatum questum utilitatis, qui Princeps & perduellis blanditur, subditis; quibus tantummodò depravato cordi; vivere, & vivere ad libitum sine lege. Solemniem diem, irato Numine, constituit in dedicationem idolorum, & ab illo missus Prophetes in scandalum exterminium. Ieroboamus comprehendit iussit, in signum manum extendit sed illicè aurit. *Exaruit manus eius, quam extenderat, nec valuit retrahere.* Quorsum ergo mirabilia, in audacis, ingrati, & insolentis cruciamina: Opportuna sanè, si laboraret invidia. In invidiam ne miraculum, grave telum. Utquid miraculum, si innumeris modis quibus castigare sacrilegum: Aliter non eminetet eius clementia, vel erga scelera fulgura vibrante iustitia. Convertere intendebat ab errore Regem, & cunctis ostendit & iustitiam, atque in iustitia pietatem; quæ de illatis poenis dolet, quoties compulsus in deliquentes mittit: contruitque simul & supplicium & miraculum; quippequam summum miraculum, quod venerit ad supplicium. Claudianus, 3. de Laudib. Stilicis, a v. 110.

Profes subditis bñs & eas spes cum di pen dio reli gionis.

3. Regu 13. 4.

Miraculo signa, deh preveni re in sup plicium.

Pendat iustitia crimen, pietate veniat ab Errorum: pluresque probet, damnetque nocentes.

Claud.

Et patrias iterum clementer exerceat artes. 14. Ulterius. In poenam peccati manus Ieroboami aruit, continuoque Prophetæ prece sanitati restituit. Cur suspenderit inflicto ictus, si revocatur animus? Ut eluceat, quin misericors. Si illata esset aliter profano poena; non esset miraculosa, nec in supplicium Numinis exprimeretur violentia. *Reversa est manus Regis ad eum, & facta est sicut prius.* Cum violentum esset, permansere non potuit:

V. 6. *Revertit remane re sup plicij ost igium.*

manusque aurit, ut castigaret crimen: atque restituta salus, ut ostendere pietatem; demonstrans factum insectum, ut in iustitia supplicii facti manifestaret propositum: equidem cum amor eius ducatur in hominem, quantumvis fontem, ut faveat (ne peccis illatis etiam pro crimine, doleat) delectat clemens supplicium, quamvis necessarium sit, quod rescindatur miraculum. Vernacule: Entrando en la justicia violento; por desbacer el castigo desbizo todo el milagro.

Ovid. Epist. 12

Genel. 19. 24.

Et supplicium necessarium est ira in gentium.

Bisciol.

Statue Deorum in supplicij ve labantur

Senec.

Invit ipsa potestas. 15 Plura dixi Tom. prioribus, quae videlicet; maxime Tom. 2. T. 1. D. 4. Videtur quam illi supplicium violentum, ex instrumento, quod eligit in supplicium. Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem a Domino de caelo, & subvertit civitates has. Emphaticum Igitur est. Si a Domino civitates traduntur supplicio; igitur ignis de caelo. Non est terra aut inferno ascendit ignis: in iram Domini debet esse coelestis. Ignis conditio semper fursum, quia superius elementum. Deorsum elementa flamma, est conditio innata apertissima violentia: & Dominus in supplicium iussit descendere ignem; quippe semper uti invitus, plectitur adversus inclinationem. Haud aliter ignis in abundantia pietatis. Etiam statue Deorum arcebantur a caelo, quasi funebrentur: quae si in loco posita, ubi supplicia; mos erat aut velari, aut transferri. Tacit. 1. Annal. cap. 62. Senec. ad Marcianum, cap. 15. Dion. lib. ult. & Sueton. in Claudio, cap. 34. Ex quibus Læ. Bisciol. Tom. 1. lib. 10. cap. 24. Hor. subseciviar. Tua enim Domine vulneratur pietas, vel dum plectitur iniquitas; quasi benignitate mentis exultante iustitia. Fit ab illa supplicium, & quasi expanditur velum. Mundi sunt oculi tui, ne videas malum. Propositio Seneca: in Hercule. furent. à v. 738. — Quisquis est placidè potens, Dominusque vocat, servat innocuas manus, Et inveniuntur mitis imperium regis, Animoque parci. Longa permentus didi Felicis avi spatia; vel caelum petit Vel lata felix nemoris Elysi loca.



DIDASCALIA III.

Quanta potestas Virginis amore Matris!

PRÆMISIMUS in hunc locum Tautolog. 1. D. 8. n. 12. proplausu Virginis (quam semper ostendit) excellentiam singularissimam matris; in protectionem & auxilium hominis. Ipsa enim.

Lucidum caeli decus. Unde Bernardus de Deipar. serm. 2. n. 6. inquit: Tolle corpus hoc Solare, quod illuminat mundum: ubi dicit: Tolle Mariam hanc maris stellam: quid nisi caligo involvens, & umbra mortis, ac densissima tenebra relinquuntur? Sine illa homines in tenebris ambulat, & absentia lucis respiciant; quare eius gratiarum lumina presentia oriuntur; vel ne cadant, vel ut qui lapsi erigantur: exerceat igitur offensus dilectionis magnitudinem, matris dulcedinem & Regine potestatem: quandoquidem peccatores, etiam adstricti sint catenis criminum, vallati ex incurfu demonum; matris amore, & Regine dominio, sanati & liberati omnes, oppressos à diabolo. Circundantes, circumdederunt: dicit præfens Tautologia. Iteratur in hostium obfusione circuitus, ut demonstrat ex afflictione impossibilis exitus. Valeret in tenebris peccatorum demonum cogitatio, ni ad illuminandas tenebras esset Virginis protectio, tutulo splendore lucis, in terra ipsa criminis caligine & umbra mortis. Demones captos circumdantes circumdederunt; sed fuit etiam inter catenas effugium, ita ut afflicti, pressi evaserint, quasi hostes in glugine minimè circumdissent: etenim per potentem Matrem Virginem, à servitute miseriana obtinuerunt libertatem. Prima demonum fuit victoria Cadmea: affuit hominibus catenatis Maria. Circundantes circumdederunt me (inquit David) & in nomine Domini, quia ultus sum in eos. Nomen Domini vocatur Maria, quod sumptum de Thefauris divinitatis, in gratiam hominis. Vide Perr. Damiani, in Annunt. Virgin. Novarin. Virgin. umbr. cap. 54. à n. 1739. & Morrac. in Marian. Polyantb. Singularis proorsu patrociniolum, dum ad illam genuit homines sub tyrannide demonum, & catenis peccatorum: igitur non solum catenarum

Horat. Carm. scul. v. 2.

Bernard.

Maria lux in tenebris pectora

Psalm. 117. 11.

Ibid.

Illostrat e catenis demonum

natum expertes, sed hostium exeant ultores; quoniam demones qui obfuderant (atque vinculis ligaverant, ne inclusi fugerent) Virginis patrociniolum etiam sub pedibus habent. In praefugium felicitatis (in Vespasian. cap. 5. ait Sueton.) duas aquilas in conspectu omnium confixisse: victimaque altera superuenisse tertiam à Solis artu, ac victricem abegisse. Eluceat patrociniolum Virginis propter victoriam hominis, in lapsu primo certaminis; quo potentia verisupellis veteratoris, victa succubuit aquila humani terreni generis. Venit ab oriente Solis aquila, à cuius ortu, hominis pendebat tota fortuna; quippe apparuit ut castrorum acies ordinata. Irruit Aquila in aquilam victricem, ut victam liberaret & in ultionem: equidem tanta ex certamine & victoria felicitas; tanta Virginis potestas, tanta hominum ex protectione claritas; ut in demones inecercint, quas excusserant catenas. Haud in victoria decus; quippe partus (adveniente aquila Virgine-Matre) dedecoratur diaboli triumphus, ulto vulnere primo, Matris ingenio: igitur non solum homines ab hostibus liberavit, sed in ultionem victis victores subegit. Educantur (profert Tacitus, de Orator. cap. 28.) in sua matris & gremio; cuius præcipua laus tueri domum & inservire filijs. Splendet ad homines in Virgine matris sinus, flagrantis amoris pedes: igitur per tutamen, studia, sollicitudines; gratias, Virginis & cognoscitur maternitas, & filiorum ex patrociniolum felicitas.

Sueton. Libertas hominibus ex navitate Virginis.

Tacit. Eius maternitas, hominibus felicitas.

Horat. 1. Od. 1. v. 2.

Pausan.

Plutar.

Quomodo refugium peccatorum

solvenda usque ad ultimum quadrante. Averni patet ergastulum, nisi solvatur universum debitum. Mala causa, quia dissipata bona. Quod eundem in effugium; & refugium: In Virginis Matris templum: equidem si demones exactores, chirographis debitorum manifestis, & dispositis vinculis; uti mater auditis cordium gemitibus, liberat à creditoribus. Dæmon fugitivos persequitur ut dediticium, & cruciatibus obnoxios (ut dicunt acta) quin sint evacuata obiecta. Sanè, verum fuit propter asylum in Virginis protectione. Involati degunt, qui obratati ad sacrum templum confugiunt: cautionemque à supremo iudice recipiunt libertatis, suppressa incurfione demonis; quia iugum oneris eius, & virga humeri, & sceptrum exactoris, excussa atque superata per intercessionem Matris.

3 Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt: dicit Virgini Filius, eius Sponsus. Quando & quomodo Matris aspectum fugiet, qui cordicis concupiscit? Solicitat averfiam, sui gaudij plenissimam causam? Haud averfione absentiam matris intendit, sed quoniam extremè diligit. Acumen est Orveni lib. 4. Epigram. 125. Te fugio, vitroque tuos, mea vulnera; vultus.

Virgo, non quia te non amo, sed quod amo

Diligit, & nimis diligit, fugereque dilectam imperat, ne conspectum eius fugiat? Etiam. Plura præmissi in propositum, Tom. 6. T. 7. D. 6. à num. 7. Novè ergo luce testimonium illustrandum. Index ergo hominum est, sicut Virgo gladium Mater. Flagitia plectere congruit: Virgo si præfens severitatem arceat: iniquitque matrem fugere, quandiu uti vindex sederit tribunali; quia uti filius, coram illa, non vult inferre flagella. Iustitia adversus improbos clamat. Illa uti refugium peccatorum spectat: & cum eius aspectum fugiat supplicium; fuga præcipitur, ut supplicium inferatur: igitur ad oculos matris, haud valet plenè munus exercere iudicis. Illius absentia, in tribunal ingredi potest iustitia. Præfentia non audit, quippe peccatores in penitentiam protegit, afflictiis accurrit, debitores solvit, creditores compescit: & ita coram vindice valet; ut eius dumtaxat vultus specie, gladium evaginatum tollat de manu iustitiae. Sponsus illam fugit, ut pravos puniat, præte expediat. Fugit? Uti que, ne Virgo repulsum intercessionem patiat, si non audiat & exau-

Orveni

Christo non placet in oculis matris, exere care innumis Audi cile.